UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum, Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An valeat Baptismus collatus à duobus, quorum unus lavat, alter profert verba. n. 44.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

Visual Library

CONFERENTIA, XIX.

ABſente Parocho affertur baptizandus in-fans, qui, niſi ſtatim baptizetur, morietur absque Baptiſmo, itaque præſens Subdiaco-nus baptizat ipſum ſolemniter: an bene; ℞. Subdiaconum tunc incurrere irregularitatem decretam *cap. 1. de clerico non ordinato miniſtran-te*, in illos, qui non ordinati miniſtrant vel baptizant, 43.

CONFERENTIA XX.

PUerpera, verita ne proles, quæ jam in-cipit egredi ex utero, moriatur priusquam tota edatur in lucem, dixit adſtanti mulieri, aſperge aquà partem, quam vides egreſſam, ego interim proferam verba præſcripta: an bene. 44.

RESOLUTIO: Speculativè loquendo Bap-tiſmus fuit nullus, adeoque abſolutè repe-tendus, ſi infans totus edatur in lucem. Ratio eſt clara: quia Forma tunc non fuit vera: puerpera enim, quæ dicebat: *Ego te baptizo*, non baptizavit, ſed altera mulier, quæ aſper-ſit.

Dixi autem, *ſpeculativè loquendo*, quia prâctice aliter ſentiunt Caiet. *Marſilius. Hurtad. & Capeaville apud Gobat. tr. 2. caſu 4. n. 146. qui ait*: Si fuit præſentiſſimum periculum mortis, & altera mulier erat imperita formulæ tanque hebes, ut non potuerit voce ſequi præeuntem verba, potuit, imo debuit puer-

pera ſequi ſententiam auctoritate probabilem DD. cit. Unde infert *Gob. cit. n. 547.* hanc ſententiam locum habere poſſe tempore peſtis: ſi enim, inquit, in domum peſte infectam obſeratamque nemo permittatur ingredi, & mulier, quæ ſola in domo eſt, penitus ignara & indocilis formæ, poterit Parochus, e. g. in caſu extremæ neceſſitatis per feneſtram apertam dicere: *Ego te Baptizo in nomine* &c. matre interim affundente aquam, ut obſervat peſtiferorum patronus eximius *Capeaville q. 20. de Bapt.* Hæc pro praxi Gob. utique ſubponens, Parochum loqui in perſona baptizantis,

CONFERENTIA XXI

CONſtitutiones ſynodales Diœceſis Conſtantienſis part 1. tit 6. n. 4. ſtatuunt, ut examinent diligentiſſimè Parochi, aut eorum ſocii obſtetrices, vel alios, qui infantem aliquem baptizârunt, an & quomodo, quibus verbis &
45. formâ qua materiâ & aquâ & cum quâ intentione baptizaverint, Quæritur proinde primò, ad quid obligentur circa hoc parochi & obſtetrices? Secundo, an & quando rebaptizandi ſint parvuli, ab obſtetricibus baptizati; pro quo ſit.

46. RESOLUTIO prima: Obſtetrices ex officio tenentur ſub mortali diſcere formulam, modumque baptizandi,

Ratio eſt: quia ex tacito pacto ad id obligantur: non enim admitterentur ad hoc officium